



A & Ω!
SERENISSIMVM PRINCIPEM AC
DOMINVM,
DOMINVM
CHRISTIANVM
GVILIELMVM,

PRINCIPEM SCHVVARTZBURGI.
E SACR. ROM. IMPERII QVATVOR-VIRIS,
COMITEM HOHNSTEINII cet. cet.
PATRIAET PATERM LONGE CLEMENTISSIMVM
ET SCHOLAE NOSTRAE

Nutricium Munificentissimum:
SERENISSIMOS IVVENTVTIS PRINCIPES,

D. GVNTHERV^M,
D. HENRICVM,
D. AVGVSTVM,
D. RVDOLPHVM,

Paternarum Virtutum ex asse Hæredes:
MAXIME SPECTABILES DOM. INSPECTORES.

Et reliquos h. i. Musarum Patronos et Cultores

Ad examen proximo triduo habendum.

humillime ac decenter

inmitat

M. IO. CASP. Schäffer/ Schol. Sond. Rector.

SONDERSHVS AE,

Typis LUDOVICI HENRICI SCHÖNERMARKI, Typogr. Aulici.



E immortalitate mentis humanæ, quæ veterum ex gentibus Philosophorum placita fuerint, M. Tullius L. I. Quest. Tuscul. §. 18. his verbis prodidit: *Sunt, qui discessam animi a corpore purent esse mortem. Sunt, qui nullum censemant fieri discessum, sed una animum et corpus occidere, animumque cum corpore extingui.* Qui discederis animum censem, alii statim dissipari, alii diu permanere, alii semper. Atque horumquidem, qui animam corpori non modo superstitem, verum etiam plane immortalem esse adseruerunt, pars longe maxima fuit. Nam ut Barbaricæ Philosophiæ sapientes, quos inter Celtarum Majorum nostrorum Druides et Bardi non ultimi fuerunt, omittam, quorum cuncta fere ad morum puritatem et innocentiam, mundi ortum et fata, et animarum immortalitatem ac transmigrationem redibant; ex Graciæ Latique Philosophis, quod Historia Philosophica testatur, plurimi iisque præstantissimi, Ionici, Pythagorai, Socrati, Platonici, Aristotelici, Cicero, Seneca, alii, quamvis non vbique satis constanter, in hanc sententiam conseruerunt.

Neque vero mirandum adeo hoc est: quia ipsum lumen naturæ eos ut ita statuerent, adducere poterat. Quamquam enim humana ratio, qualis post lapsum est, non cogit apodictice ad statuendam *τηλείαν* animæ post dissolutionem a corpore: tamen cum res omnis materia expertes, quas nec sensus vñus adsequi, nec phantasma exprimere potest, v. g. rationes numerorum virtutumque, ordinem rerum variosque respectus mente percipiamus, quæ multa sunt, ad uitatem retrocemos, confusa distinguamus, diuisa coniungamus: hinc tandem *verosimili* quadam ratione colligere licet, *eam materię omnis et corporis esse expertem*. Præterea cum nihil integrat, nisi quod secernitur in partes dirimiturque, aut in nihilum redigatur; et vero nihil in partes dirimi aut secerni possit, nisi quod ex partibus est compositum, *mentem nostram finis quoque omnis integrusque expertem esse*, merito inde concludimus. Namque ut in nihilum redigatur, non est metuendum. Deum hoc facere posse non abnuo, ast eum hoc facere velle, id vero nulla ratione probari potest, et cum bonitate insuper Numinis palam pugnat. Conf. præter Celeberrimum D. Buddeum, cuius hæc sunt verba Phil. Præct. c. 2. f. 2. seq. p. 16. du Hamel de consensu Philos. veteris et noui. Tom. I. Lib. II. Tract. III. Disp. III. qu. 1. a pag. 450. ad 466.

Verum hoc est, quod maxime mireris, quod quidam illorum à fide resurrectionis, a gentilibus ceteroquin inter aniles fabulas relatæ,

latr, quam multi Christianorum in dubium vocarunt, quin ipse
Synesius Ptolemaidis Episcopus negavit; non alieni deprehen-
dantur.

Nam ut τὰς παλαιώτερις, siue exempla illorum, qui inter gentes
in vitam rediisse perhibentur, qua peculiari eaque elegantissima Dis-
sert. Lips. 1694. M. Fried. Loeffler exhibuit, pratermittam, luculen-
tissima Auctorum quorundam loca id manifesto euincere videntur.

Et mortuorum quidem resurrectionem non ἐν τῷν αἰώνατον seu
earum rerum numero esse, qua nullo modo fieri possunt, Euripides,
cuius singulos versus singula testimonia Cicero putauit, Herc. fur. v. 717.
agnouit:

Αρη. Τὸν θανόντα γ' αἰνεῖται μάτην πόσιν,
Αυγ. Ο δέ σ' πάρεσσιν εἴ γαρ μὴ μάτη ποτέ;

Αμ. ἐκτίθεται μή τις θεῶν αἰώνοισιν.

Αμ. Ερυθρα νοεται μορτουν μαριτον.

Λυκ. Ηλιον νοεται μορτουν μαριτον.

Αμ. Ηλιον νοεται μορτουν μαριτον.

Αμ. Ηλιον νοεται μορτουν μαριτον.

Quibus consentanea Chrysippus esto Philosophus, de quo
vetustas hunc Homeri versum retulit:

Ὄιος πέπνυται, λοιστοι σπιάζεισθαι,

ille sapit solus, reliqui velut umbra feruntur;

Apud Lactantii L. VII. c. 23. scriptis: Τέττας δὲ οὐτως ἔχοντος, δῆλον,
ως γένεν αἰώνατον, καὶ πάντας μετά τὸ τελευτῆσαν πάλιν περιόδων τινῶν
ἐπιλημμένων χρόνων, διεὶς δὲ τὸν ἑσπερίνην κατατάσθαι σχῆμα. Quod cum ita
sit, appare, fieri omnino posse, et nos, cum vitam finierimus, rursus
certis temporum revolutionibus peraditis, in hunc statum, in quo nunc sumus,
restitutum iri. Quia sane lumini rationis proprius accedunt, quam
cum Plinius Hist. Nat. L. II. c. VII. ne Deum quidem mortales aeterni-
tate donare, aut reuocare defunctos posse, impie adseruit. Cum enim ve-
rissima sit hæc Philosophorum regula, quippe sensuum non minus
testimonio, quam rationis iudicio probata: Corpus in motu positum,
mortum obuius corporibus, si molis non sint ingentis communicas; hinc adeo
conficitur, exigua omnium corporum elementa dissolui, dissoluta
ulterius diuidi, diuisa per totum mundum dissipari, et dissipata de-
mum in unum cumulum iterum coaceruari posse, proinde nec
αἰώνατον esse resuscitare mortuum, si modo motus principiorum
sanguinis restauretur. Conf. D. Budd. Philos. Theor. Tom. II. p.
265. Quia Deum efficere posse, nemo nisi, quod Deus summum
Numen sit nesciat, negabit. Deum autem id efficere velle, adeo-
que resurrectionem quandam, qualiscunque etiam sit, reuera fu-

turam, paganorum nonnullis itidem fuit persuasum. Atque hoc
pertinere videri poterat antiqua illa Veronensis Inscriptio, ab Au-
gust. Buchnero Lex, Fabr. voc. censorius allegata:

D. M.

FELICIANI. VERONENS.

MIHIMET. FELICIANVS. VERONENS.

SACRVM. CONST.

QVI. INQVIETVS. VIVVS.

NVNC. TANDEM. MORTVVS.

NON. LVBENS. QVIESCO.

SOLVS. CVR. SIM. QVAERIS.

VT. IN. DIE. CENSORIO. SINE.

IMPEDIMENTO. FACILIVS.

RESVRGAM.

Vbi quidem, quin ab homine pagano hoc dictum sit, Buchnerus
Appianum fecutus, nullus dubitat, male propterea a Thoma Rei-
nacio exceptus, qui B. Rappolto Comment. in Horat. p. 120. citan-
te, præfat. ad Lector. nouis repertis Incriptionum antiquarum,
vel potius prodromo illarum præmissa, oscitantiam ac παρόργαμος
editoris illud vocat. Fuisse enim hunc ciuem Veronensem ante
annos ducentos, et membrum Ecclesie Catholice, qui diemulti-
miiudicij crediderit, et se resurrectum sperarit. Sed, quia B. Rap-
polti I. c. in Reinefium censura est, cur non ex Appiani oscitantiam ac-
cusat, qui inter gentilium antiquitates retulit; aut quid impedit, cur
quod Christianus gesti nomen, non etiam gentilis esse hominis olim portuerit.
Certe Ecclesia Catholica membro non conuenit, impedimenta sibi in resurre-
ctionem et difficultatem singere, aut solum sepeliri velle, ne alii te preuentant,
aut remoram resurgere volenti inician. Nihil ergo impedit, quo mi-
nus Veronensem istum Felicianum in numero gentilium habeamus
verum quia non perinde constat, serione rem egerit, an quod lau-
datis Duum-viris Rappolto et Buchnero videtur, Christianis, resur-
rectionem creditibus, etiam post mortem illuscerit; parum subsidiis ab
illo nobis pro sententia nostra accedet. Id vero abunde præstat Se-
neca, cuius pulcherrima verba Epist. XXXVI. ita habent: Cogita,
nibil eorum, qua ab oculis abeunt, et in rerum naturam, ex qua prodiuerunt,
ac mox processu sunt, reconduntur, consumi. Desinunt ista, non pereunt. Et
mors, quam pertimescimus ac recusamus, intermittit vitam non eri-
pit: veniet iterum, qui nos in lucem reponat dies, quem
multi recusarent, nisi oblitos reduceret. Sed postea diligenter docebo, omnia
qua pidentur gerire, mutari. Aeguo animo debet redditurus exire. Observa
arbore



orbem rerum in se remeantium, videbis in hoc mundo nihil extingui; sed vicibus defec-
dere ac resurgere. Astas abit, alter annus illam adducit: hiems occidit, referent illam
sui menses. Sol et nox obruit, sed ipsam statim dies abget. Stellarum iste decursus,
quidquid praterierit reportat; pars cali levatur assidue, pars mergitur. Neque solus
aut primus Seneca fuit, qui ita statuit, sed si Lipsio, Stoica Philosophia si
quisquam alias callentissimo, credimus, e portico Philosophi prope omnes,
de quibus alioqui Cicero L. I. Tusc. Quaest. §. 77. Stoici, usuram nobis largiuntur,
tamquam cornicibus: diu mansuros aiunt animos, semper negant; eadem opi-
nione fuerunt imbuti. Hec est illa, inquit ad citata Seneca verba, non Pytha-
gorica, sed Stoica quedam παλιγγενερίαι, sive ut ita loquamur, renascentia, cum post
orbis desflagrationem et solemnum ἐπιπογόνων, iterum aliis orbis et διανομένης, atque
eadem et iudicem reponantur. Platonis ex anno Platonicō magno tam nota est hac
de re sententia, vt pene superuacaneum videri posset, quidquam de illo ad-
dere. Adscribam tamen aliquem eius locum Mag. Pol. p. 1652. ex Politic.
eius citatum: ἐχόμενον εἶναι τῷ τάξι πεσθετας ιερὸν τῷ πατρὶς ιεραῖς Φύσιν, ὅπι
τον πεπλευτηκόταν δι, οὐμένον δὲ εἰ γῆ πάλιν εἶναι ζωντανέντος καὶ αναβίωσο-
μένες, ἐπειδὴ τῇ προπή τοιανακαλεμένες εἰς τάφατα τῆς γενέσεος. Huius quoq
dicatur, senes in naturam regredi puerorum, hoc consenun est, quod ex mortuis sed ter-
ra conditis illi iterum sum restituti reuiuiscentesque sequuntur rotationem il-
lam cali sive seculi, generatione in contrarium revoluta. Præ ceteris autem barba-
ricarum gentium Philosophi id dederunt operam, vt iuxta animalium immorta-
litatem, hac quoque opinione suorum animos imbuerent. Budd. Phil. Theor.
Tom. I. p. 33. Quod non tantum Diogenes Laertius in vita Philosoph. ex
Theopompo et Eudemio Rhodio de Arabum et Persarum Magis testatur;
Θεόπομπος αναβίωσεθε ταῦτα τὸ Μάγυς Φοῖ τὸν αὐθεντικὸν οὐδὲν
νόσησε, καὶ τὰ ὄντα τοὺς αὐτῶν επικλήσεις διαμένει. ταῦτα δὲ καὶ Εὐδημος οἱ Ρόδος
ἰσογεῖ. Theopompos revicturos homines secundam Magorum sententiam dicit, immorta-
lesque futuros, et universa illorum precatib[us] confiseret: Ista Eudemos quoque Rhodius
tradit: Sed eadem quoque de Germanis nostris Appianus apud Brantium Not.
Polit. ad Jul. Cæs. de Bell. Gallic. L. VI. c. 14. refert. Germanis scribit, mores fero-
cissimi insunt; in aggrediendo insignis audacia, contentus mortis maximus ob reuiui-
scendi spem. Verum quid atinet in re manifesta probanda diutius occupari?
Bina tantum veterum Christianorum ad gentilium Philosophorum consenun
tuto provocantium loca, vt dictis auctoritatē conciliemus, subiungere pla-
cket. Prior est Theologi. Athenagoræ, antiquissimi Ecclesiæ Patris, sæculo quip-
pe II. claruit, qui Apolog. haud procul a fine; Resurrecturos, ait, non nostra tan-
tum, aut vana persuasio est, sed Philosophis etiam multis probata. Alter est
Philosophi, Aeneas Gazai, qui Dialog. de immortalitate animæ Theophrastus in-
scripto; Zoroastro, inquit, ac Theopompo Aristotelis discipulo, vniuersalem resur-
rectionem

rectionem adserentibus nemo antiquorum contradixit.

Neque vero est, vt Apostolum, gentiles Eph. II, 12. et i. Thess. IV, 13, μὴ ἔχοντες [ἀναστάσιαν] εἰπτίδα, vocantem, nobis quis opponat: Idem enim loco priori δέ Σίες ἐν πόσιμῳ eos fuisse pronunciat, cum vel ipsomet Rom. I, 19. seq. teste, de Numinis existentia persuasissimi, et quod B. Pfeiffero credimus, διότου inter ipsos miraculi instar fuerint. Scilicet; quam veræ cognitionis scintillam crassissimis errorum tenebris ethnici obfuscauerant, vt se ipsa quasi amississe videri posset, hanc ex merito iis derogat Apostolus. Vt, a potiori denominationem fieri, taceam.

Vnde autem qualisunque hæc de mortuorum resurrectione notitia ad gentiles manavit, ulterius disquirendum est. Ex rationis dictamine haustam esse, propterea dici non potest, quia vt Gregorius Nyssenus apud Eckhartum Compend. Theol. Patrum loquitur, *resurrectio mortuorum semel futura est secundum diuinam voluntatis potentiam*; quam Dei voluntatem argumentis ex natura desuntis, nemo adhuc demonstrauit. Ex sensuum testimonio fortasse cognitam habere poterant. Sane permultos παλαιότερους inter gentiles memorari supra diximus, & duobus demum abhinc saeculis & quod excurrit, duo Virginianenses Americani ad auras superas euanescere, resque sibi in altera vita visas retulisse perhibentur, quibus narrationibus non omnem fidem derogandam esse, summus Vir Hermannus Conringius Disp. de vita & morte §. 74 putat. *Quidni vero, inquit, Deus etiam apud gentiles voluerit aliquando miraculum quoddam exercitare, ut vel plane arbores ad Numinis alicuius reverentiam, & si quid Numen esse, idque colendum crederent, eos ad ultiorem veri Numinis agnitionem verumque eius cultum excitaret, vel eos, qui resurrectionis aliquando future dogma absurditaris arguere solebant, exemplis palam conspicuis redargueret & conuinceret.* Sed ponamus, id quod etiam verisimilius esse credimus, nullum unquam ethnikorum vere in vitam redisse, & sublestæ fidei esse, quidquid de παλαιότερis inter ipsos ipsi narrant; nihil tamen feci sensuum, fallaci licet, persuasione adducti, ita credere potuerunt. Quid enim prohibet, quo minus Satanam tamquam Dei simiam, ex ναρκηλας cacoethe, vt alia Dei opera pleraque, sic & mortuorum resuscitationem imitatum esse, vel simulacrae potius dicamus, quas fraudes, cum miseri & incauti homines non intelligenter, turpiter illis impulsiuit, vt, quod merx præstigia erant, re ipsa contigisse crederent. In diabolis enim potestate esse, si Deus permisérat, corpus hominis mortui ingredi, illud mouere & operationes humanas non absimiles per illud edere, nec non hominis viui sensus exteriores ita ligare, vt anima nihil per eos operetur, & mortuo similis ille videatur, multi ex Philosophis non minus quam Theologis demonstrandum sibi cum successu sumserunt. Accedit, quod sexcenta profecti exempla eorum, qui pro mortuis habiti, elati, imo sepulti fuerint, cum tamen eos grauiori morbo adfictos fuisse, euentus postmodum probaverit.

uerit. Quod inter paganos quoque vsu venire, ac inde opinionem de futura
resurrectione manare potuisse, cur admodum negemus, causam reperimus
nullam. Sed quoquomodo sese res habet, neque enim sententiam hanc val-
de defendimus, reuelatio sane, seu si maiis traditio excludenda non est. De
Seneca res est in confessio, adeo ut quidam etiam eo delapsi fuerint, vt ex
epistolis, quae circumfertuntur, Pauli & Senecæ amœbais, sed sine dubio hy-
pobolimais, communionem quoque fidei, & cultus erga Deum inter illos har-
moniam eruere sibi posse vifi sint, quod aperte equidem Hieronymum fecis-
se, etiam si id prorsus sibi negandum sumferit Erasmus, propria ipsius in ca-
talogo Scriptorum Ecclesiasticorum confessio manifestat: *Senecam*, ait, non
ponorem in catalogo Scriptorum, nisi me illa provocarent epistola, que le-
guntur a plurimis Pauli ad Senecam, et Senecæ ad Paulum. Quin eo auda-
ciae nonnulli procererint, vt sacrietiam ordinis, cui Seneca se addixerit, no-
men indicarent, et cum Doctoribus Sorbonæ *Cartibusianis eum Monachis* ac-
censerent. Quid quod etiam aliquos extitisse referat Boxhorn. Hist. univers. p.
122. qui in Patrum catalogo eundem ponere nil dubitarint, v. Kirchmaier. Diff.
de epist. Senecæ ad Paulum hypobolim. §. 5. Neque etiam dubitari pot-
est, quin ex reuelatione habuerint, quidquid de mortuorum resurrectione
antiquiores illi tradiderunt, cum Fellerio Suppl. Horat. p. 1354 iudice,
omnis ethnicon Philosphia secretior, et Theologia pleraque ab Hebreis,
et S. Litterarum monumentis, sed detortis corruptisque, non absurde repe-
tatur. Poetarum fabulis recensendis et Historicorum narrationibus, e Scriptura
historiis effictis, non imorabor; nec dogmata lumini naturæ sibi relieto peni-
tus ἀποστέλλειν, vt sunt de Deo Trinuno, Angelis bonis et malis, horumque
lapsi, cet. quæ in ipsorum libris obvia sunt, longa serie producam; vnum al-
terumve tantum locum de resurrectionem consecuturis in medium proferam.
De interitu mundi Lucretius, Epicuri de grege porcus de Rerum Nat. Lib. V.
v. 93. seqq.

*Principio maria ac terras, calumque tuere:
Horum naturam triplicem, tria corpora Memmi,
Tris species tam dissimiles, tria talia recta
Vna dies dabit exitio, multosque per annos
Sustentata ruer moles, et mabina mundi.*

Eoque per ignem, Ouidius Metamorph. L. l. v. 256. seqq.
*Effe quoque infatis reminiscitur, adfore tempus,
Quo mare, quo tellus, correptaque regia cali
Ardeat; et mundi moles operosa labore,*

De iudicio extremo Apuleius ex Platone iudicium quoddam profert, quod nem-
pe vbi vita edita remeandam est; eundem illum demonem, qui nobis prædictus fuit, rap-
pare illico, et trahere veluti custodiā suam ad iudicium, argue illic in causa dicenda ad-
sistere; si qua commentiatur, arguere, si qua vera dicat, adseuerare, prorsus illius te-
simonio ferri sententiam,

De

De felicitate vita alterius Pluto apud Claudian. de rapt. Proserp. L. II. v. 288. seqq.

*Amissum ne crede diem, sunt altera nobis
Sidera, sunt orbes alii, lumenque videbis
Purius, Elysiosque magis mirabere campos,
Cultoresque pios. ceter.*

Et Cicero L. de Senectute §. 84, 85. *Ex vita ista discedo, tamquam ex hospitio, non
tamquam ex domo. Commorandi enim natura diuerforum nobis, non habitandi locum
dedit. O praeciarum diem, cum ad illud diuinum animorum concilium, cunctumque pro-
fuscar!*

Imo ut hoc quoque addam, ipsam Scripturam S. lectam iis fuisse, præ-
cipue postquam in lingua Græcam translatæ esset, multa sunt, quæ persua-
dere queant, illud in primis, quod ipsimet Scriptores Sacri a quibusdam al-
legentur. Cuius rei insigne testimonium verba Longini, Rhetoris cuiusdam
ad Mosen prouocantis, a B. Danhauero Hodosoph. p. 449. adducta exhibent:
*Ταῦτη καὶ ὁ τῶν ἑβδομήνων δεκαπέντε ἔχοντων αὐτῆς, ἐπειδὴ τὴν τοῦ Θεοῦ δύναμιν
κατὰ τὴν αὐτοῖς ἐγνώσιον, παρέξθινεν, ἵνα θύεται εἰς τὸν θεόν τοῦ μονού οὐ-
νενοῦ Θεοῦ, γενέθω Φῶς, καὶ ἐγένετο γενέθω γῆ, καὶ γενέτο. Sic et Iudeorum
legislator vir non vulgaris, postquam diuinam potentiam pro dignitate exposuit, et
pronunciauit, statim sub initium legum suarum scribens: fiat lux; et facta est lux:
fiat terra; et facta est terra.*

Clare itaque patet, et resurrectionem non prorsus incognitam fuisse
gentilibus, et ex traditione seu revelatione potissimum hanc eos notitiam ha-
buisse. Simil autem eluet, lectionem Auctorum profanorum non nullius
esse utilitatis; cum inde non tantum pro summis fidei Christianæ capitibus
argumenta contra atheos, quibus magni plerisque illi aestimantur, peti pos-
sint, verum etiam discamus, verbi diuini prædicatione paganos iuste priu-
atos, eosque coram iudicio diuino de incredulitate sua *ἀναπολογήτες* esse.
Atque hæc eo libentius tam prolixe proponere placuit, vt insigni vñsi, qui
ex Scriptoribus profanis in pium et eruditum lectorum redundare potest, ali-
quo modo ob oculos posito, studiosam nostram iuuentutem præter linguas
Orientales, ad Græcas et Latinas quoque litteras, quibus præstantiores gen-
tilium libri scripti sunt, curatius discendas animemus. Quod quemadmodum
huc usque præstiterint, examen proximo abhinc triduo habendum declara-
bit. Cui vt SERENISSIMVS PATRIÆ PATER, SERENISSIMI PRINCI-
PES, MAXIME VENERABILES DOMINI INSPECTORES, et ceteri Mu-
tarum nostrarum PATRONI ac FAVTORES adesse, eoque finito, vel si per
tempus minus licuerit, paulo post illud ingenuos quosdam et bona spēi ado-
lescentes Latine et Germanice de diuersis materiis declamaturos clementissime
et benigne audire non digidentur, ea qua par est animi submissione ac
obseruantia rogo. P. P. DOMIN, MISERICORD, DOMINI C. 1770.

5i 2149

ULB Halle
002 410 087


3



56.

V218

VOMA



Farbkarte #13

B.I.G.



A & C!
SERENISSIMVM PRINCIPEM AC
DOMINVM,
DOMINVM
CHRISTIANVM
GVILELMVM,
PRINCIPEM SCHVVARTZBURGI.
E SACR. ROM. IMPERII QVATVOR-VIRIS,
COMITEM HOHNSTEINII cet. cet.
PATRIAE PATREM LONGE CLEMENTISSIMVM
ET SCHOLAE NOSTRAE
Nutricium Munificentissimum:
SERENISSIMOS IVVENTVTIS PRINCIPES,
D. GVNTHONERVM,
D. HENRICVM,
D. AVGVSTVM,
D. RVDOLPHVM,
Paternarum Virtutum ex asse Hæredes:
MAXIME SPECTABILES DOM. INSPECTORES;
Et reliquos h. l. Musarum Patronos et Cultores
Ad examen proximo triduo habendum
humillime ac decenter
inuitat
M. IO. CASP. Schaffer/ Schol. Sond. Rector.
SONDERSHVS AE,
Typis LUDOVICI HENRICI SCHÖNERMARKI, Typogr. Aulici.